Sic: Wenn ſind die Fiſche am geſündeſten? Subdolè omittitur, an nobis, an verò ſibimetipſis.

## Annotatio.

Σημειούσθω, ἀπάτην παρὰ σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν ſæpenumerò coincidere. Qvæ enim malè diſtrahuntur, illa benè conjunguntur, καὶ ἐναλλάξ. Differunt tamen, qvod interdum Conjunctio veram, Diviſio falſam efficit ſententiam: Interdum contrarium accidit, ut diviſio ſit vera, falſa conjunctio.

## Canon Sophiſticus.

Qvæ conjunctim ſunt vera, ſeparatim qvoq; vera ſunt.

## Solutio.

Componenda ſunt, qvæ Sophiſta diviſit.

## CAPUT V.

SUccedit *ſimplicis Termini.* Eſtq; vel *Proſodia*, vel *figura dictionis.*

*Proſodia ſeu fallacia Accentus* magis ad riſum videtur, qvàm ad fraudem comparata. Nimis enim apertæ hæ ſunt ſutelæ, ut